

Donatio ususfructus ad vitam duobus conjugibus, qui bona sua Monasterio S. M. Aquis dederunt. Ex Tabul. Monast.

70

MCCLXVII.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, indi&. decima, die Dominico, quarto exeunte augusti sub solarario monasterii sancte Marie de Campis Aquis, presente D. Loterio Aquensi Preposito, D. Baudezono Aquensi Canonico, Ubero Multure, Albertono de Alice, Uberto Meliorato, & Acurso de Cormorino testibus rogatis. D. Fornaria Abbatisa monasterii supradi&ti consensu, & voluntate D. Matelde priore, D. Sibilie, Multure, D. Sibilie de Janua, D. Saraxine, & D. Margarite pro conventu residentium dedit . . . & donationem irrevocabilem fecit Arnaudo Migli-

no, & uxori sue Alaxie pro victu, & vestitu suo, usumfructum, & habitationem in vita ipsorum jugalium domus, campi, & vinee, quas, & quos ipsi jugales fuerunt confessi, se dedisse D. Abbatisse inter vivos nomine dicti monasterii, ut patet per publicum instrumentum factum per me infra-

scriptum Notarium, quod sic incipit anno Domini MCCLXVII. indi&ti. X. die martis prima februarii &c., & inde plura instrumenta unius tenoris fieri rogavit cum consilio Sturionis Bellexii.
Ego Bonus filius Notarius Pal. interfui, & hanc cartam scripsi.

Jus decimas percipiendi in agro oppidi Saxelli ab Episcopo Oddone concessum Petro Bertaldo. Ex Tabul. Eccl. Maj.

71

MCCCXVII.

Anno Domini millesimo tercentesimo indi&ctione quinta die dominico tertio octobris in Pereto apud Ecclesiam dicti loci, presentibus Domino Petrazano de Petrazanis Vicario Domini Archiepiscopi Mediolanensis, Domino Belegio, Johanne de Aquis testibus vocatis Venerabilis P. D. D. O. Dei gratia Aquensis Episcopus pro se, & successoribus suis in Aquensi Ecclesia cum una macia, quam in manibus habebat investivit Petrum Bertaldum de Saxello per se, & suos successores legitimos ex se natos de decima, & decimatione omnium possessionum, terrarum, & bestiarum, seu fructuum ipsarum de tota villa Saxelli, & ejus posse, quam ipse Petrus, & antecessores sui tenuerunt, & tenere consueverunt in dicta villa Saxelli, & ejus posse ab Aquensi Ecclesia, seu ab ipso Aquensi Episcopo, salvo jure cujuslibet persone habentis melius jus in dicta decima, & Aquensis Episcopatus. Qui dictus Petrus per se, & suos eredes juravit fidelitatem ipsi Domino Episcopo, & omnibus Catholicis successoribus in Aquensi Ecclesia, pro qua investitura idem Dominus Episcopus confessus est se habuisse a dicto Petro Cras-

Fidelitas præstita Mediolani ab Episcopo Oddone Henrico VII. Regi. Ex pag. XXII. Protocolli Bernardi de Mercato Notarii Henrici Regis existentis in A. R.

MCCCXI.

72

Anno, & indi&ctione, quibus supra (MCCCXI.) die VIII. mensis januarii in domo Episcopali (Mediolani) presentibus dominis Treverensi, & Mediolanensi Archiepiscopis, Leodiensi, & Pergamensi Episcopis, Dominis Vualar, Henrico de Flandria, Andrea de Garretis, Berardo Layolis, Henrico de Gheldonia, & pluribus aliis &c. Frater Leo Episcopus Comanus, Dominus Odo Episcopus Aquensis, D. Fridericus Episcopus Brixienis fuerunt investiti per ceptum (sceptum) Regale ut supra, & fecerunt fidelitatem; & juramentum fidelitatis prestiterunt, ut supra

Revocatio investituræ decimarum Altexeni, & Castelleti factæ Friderico M. Ponzoni ab Oddone Episcopo Aquensi, & confirmatio emtionis earundem a Capitulo Eccl. Saona. per D. Conradengum de Niella. Ex Tabul. Monast. S. Catherinæ Aq.

MCCCXXVII.

73

In nomine Domini Nostri Jesu Christi. Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXXVII. indi&ctione X. die XXVII. julii in castro Bestagni, presentibus Johanne Bestagno de Bestagnis, & Nicolino filio quondam D. Thome de Predasco testibus vocatis, & rogatis. Reverendus Pater Dominus Oddonus Dei gratia Aquensis Episcopus considerans, & diligenter attendens emtionem decimarum, quas Ecclesia s. Marie de Saona, sive capitulum dicte Ecclesie colligere, & habere consuevit ab hominibus Altexeni, & Castelleti diocesis Aquensis a capitulo dicte Ecclesie factam per Dominum Rolandum Conradengum de Niella, de qua emtione apparet publico instrumento scripto manu Gulielmi Palmerii de Saona Notarius S. Imperii sub anno Domini MCCCXXIII. indi&ti. VI. die lune 1. augusti, & attendens, quod ipse D. Episcopus nomine Ecclesie Aquensis fuit in causa, & questione cum D. Rolando tamquam Sindico capituli predicti coram discreto viro D. Martino Archipresbytero delegato per D. Bertrandum tituli s. Marcelli Presbyterum Cardinalem, & legatum Domini Pape in Lombardia, & quod in causa, & questione predicta jus dictarum decimarum adjudicatum dicto Capitulo, volens in hac parte d. Domino Rolando, tamquam causam habentem a dicto Capitulo agnoscere bonam fidem nomine d. Aquensis Ecclesie ratificavit, & approbavit emtionem predictam, & sententiam prelibatam, salvo semper jure Aquensis Ecclesie, & volens observare preceptum D. D. Delegati pro ut tenetur, & debet de jure, ad cautelam revocavit quamcumque concessionem jurium dictarum decimarum, que reperiretur facta per ipsum D. Epi-